



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De dedicatione basilice saluatoris. Cap[itulum]. xxxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



Quattuor

coronari: videlicet feuerus: feuerianus: carpophorus: et victorinus: rome passi sub diocletiano imperatore: qui cum essent conuicti: et ad sacrificia vna cum alijs imperatorum officialibus compellerentur: cum omnino consensum impijs prebere nollent: nunciatus est diocletiano. Quos ille iussit: vt ante ipsum plumbarum lectibus tandiu cederentur donec spiritum emitterent. Quorum corpora iussit in platea canibus factari: que etiam quinq; diebus ibidem iacuerunt illesa. Sed a melchiade papa et a beato sebastiano martyre collecta: sepulta sunt in via lauicana militario ab vrbe tercio cum alijs sanctis in arenario. Passi sunt autem post duos annos a passione dictorum quinq; martyrum supra profume positos eodem scilicet die: hoc est sexto idus nouembrijs. **Quorum nomina cum minime possent inueniri: quattuor coronati vocati sunt.** Statutum est autem a melchiade papa: vt memoria eorum sub nominibus aliorum quinq; martyrum predictorum: et dies anniuersaria recolatur. Et licet processus corporis eorum nomina reperta fuissent: versus tamen obtinuit: vt quattuor coronari deinceps vocarentur.

De dedicatione basilice saluatoris. Cap. xxxviii.



Basilice

basilice saluatoris: hoc est sancte ecclesie lateranensis rome a beato papa siluestro facta est. v. idus nouembrijs. Qui sanctus episcopus consecrationes altarium et ecclesiarum secundum ritum: que nunc romana tenet ecclesia: prius fieri instituit. Fuisse tamen ab ipsis apostolorum temporibus loca deo dicata: que a quibusdam oratoria: a quibusdam ecclesie appellabatur: vbi collecte fieret per vnam sabbati: et in quibus populus christianus ad audiendum verbum dei: et ad percipiendum dominici corporis sacramentum conueneret: et apostolorum edocemur epistolis: et sanctorum patrum instruimur gestis. Que licet sale et aqua benedicta exorcizabant: non tamen christumate ungebant: nec altare lapideum adhuc stabat erectum: christumate delibutum in figura domini nostri iesu christi: qui est altare nostrum et sacerdos et hostia. **Postquam vero constantinus imperator: a lepra mundatus a beato siluestro papa baptisimus meruit sacramento purificari: vt supra dictum est in legenda siluestri pape preside**

kalen. ianuarij. et constantini imperatoris. **Preside** kalen. ianuj. tunc primum lege ab ipso promulgata concessum est omnibus sub romano imperio de gentibus licite ecclesias fabricare. Et ad id faciendum suo vt alios hortaret exemplo in proprio lateranensi palatio ecclesiam in honore saluatoris mundi fabricauit. Basilicam quoque appendicium iuxta palatium fecit in honorem sancti thannis baptiste: in loco videlicet in quo baptisatus meruit a lepra mundari. **Quam** quidem ecclesiam mirificis donis et ornamentis in auro et argento et lapidibus preciosis infiniti precij magnifice ditauit: quam beatus papa siluester die predicto publice consecrauit. Tunc quoque imago saluatoris diuinitus depicta in tribuna ecclesie primus visibilis omni populo romano apparuit. **Que** quidem imago deuotissima in ipso loco usque hodie perseverat. Et licet ecclesie eiusdem pariter usque ad fundamenta plerumque dissoluta fuerint: et iterum reparati. Ipsa tamen tribuna cum imagine sacratissima nulla vnquam potuit verustate deleri: nullaque nouitate dissolui. **Et** tunc aliquando ecclesia ipsa incedo totaliter sit iudicio diuino consumpta. **Decimus** igitur est illa festiuitas: in qua primus rome ecclesia publice consecrata est: quam etiam ecclesiam idem pontifex ad instantiam constantini augusti: omnium ecclesiarum totius orbis caput esse constituit: eademque tam larga benedictione dotauit: vt si quis hominum quocumque anni tempore vere confessus et penitens eam intrauerit: omnium peccatorum suorum generalem remissionem et indulgentiam consequi mereatur.

De sancto Theodoro martyre. Cap. xxxix.



Theodorus

martyr passus est apud amasiā ciuitatem marmaritano: rum sub diocletiano et marmariano imperatoribus. Qui cum esset miles ex ciuitate bellespontis deprehensus est quod christianus esset: et adductus est ad brycham prepositum legionis. **Qui** cum prepositus diceret: vt sacrificaret et militiam pristina reciperet: illeque se deo patri omnipotenti et iesu christo filio eius militare se respondisset: ad suggestionem possidoni vicarii prepositus ei inducias concessit diebus paucis: vt semetipsum admoneret et deus immolare consentiret. **Interea** theodorus plures christianorum in carcere detentos visitabat: eosque in fide christi confortans eisdem necessaria ministrabat. **Nocte** igitur quadam templum martiris introiit: et igne supposito totum illud succendit. **Qui** a quodam gordiano tabulario visus et detentus: ac presidi presentatus est. **Quem** preses fecit eedi et celsus in carcerem mitti: pedibusque in cippo recludi: ac ostium carceris signari: vt ibi fame de-